

Præfatio.

Naturæ genius (sicuti ab antiquis fuit dictus, vid^o Conimbr. in lib: Phys: Q. 5. Art: 4. de distributione Philosophiæ) Aristoteles lib: I. de Partibus Animal. c. 5. Heraclitum quondam ad eos, qui, cum alloqui eum vellene, quod forte in casâ furnariâ, caloris gratiâ sedentem vidissent, accedere temperarunt, dixisse refert: Amici introite confidenter, quoniam ne huic quidem loco dij desunt immortales. Hac ille quidem de Igne, vel casâ furnariâ, ac nos de vastissimo hoc, undiquaq; oculis nostris subiacente, cœli terræq; ambitu: Ecquid enim in amplissimo hoc mundi theatro datur, quod non immensam, immensi Dei potentiam, infinitam, infiniti Numinis sapientiam, cum pari bonitate confociatam, indice quasi digito demonstret? Sive enim cœli intueamur suspensos fornices, tot luminibus pictos, tot velocissimis gyris rapidos, tantâ puritate, celsitudine, insignes; sive, quæ bisce famulantur, aërias varietates, fulgura, tonitrua grandinesq;, nimborum item, procellarumq;, & turbinum miram vicissitudinem; sive plantarum & animalium generices, terram dico & mare cum in exhausto bonorum penu, nobis ob oculos sistamus, & omnia, quæcunq; vel mentis, vel oculorum acies assequi valer, quid aliud sunt quam certissimi Numinis certissimum testimonium? Hinc si quis in horum causis, principiisq; scrutandis, inveniendis, percipiendisq; suam non frustra collocavit operam, næ mihi ille omnes felicitatis puncum tulisse videtur: Hoc enim unicum est, quo à vulgo longis distant passibus sapientes: Hoc siquidem, neq; ea quæ supræ se, neq; quæ infra se, neq; quæ ante pe- pos sunt, intelligit, sed errabundum opinionibus ad duolum sapiencum se applicare cogitur, quorum destitutum adjumentis, & orbarum præsidii vitam stultam, brutam, cœcam viveret, bestiarumq; vita simillimam. Quæ cum ita sine, nemo mihi virtio